

Lotharingici territorii regiam habuisse. Idem Gelen., de Magnitudine Coloniae Agripp., synag. 3, contendit Coloniam Agrippinam caput et metropolium regni Austrasie fuisse sub omnibus regibus a Theoderico I ad sanctum Sigebertum : et : « Ne dubites, addit, de metropoleos in Austrasia dignitate et prærogativa ; advertito Dagoberti filium Sigebertum regique administrationem in sancti Cuniberti Ubiorum presulim arbitratu et manu fuisse. » Hæc ille, quæ ita prescribit Fredeg., in Chron. 55, ut Cunibertum Coloniae urbis pontificem, et Adalgisensem ducem palatii ad regnum gubernandum institutos concedat ; regem tamen Sigebertum asserat sedem Metis civitate habuisse, quo Coloniae sepius sanctus Cunibertus itarit, diutiusque moratus fuerit. Exemplar etiam testamenti sui Dagobertus rex, ab utroque filio sancto Sigeberto et Clodoveo subscriptum, Metis constituendum dirigi precepit, ad urbem, scilicet, regiam, non Coloniam, non Andernacum, non Aquigrani, aut ad alium illum Austrasiorum locum. De hoc testamento legendus Ainoen., lib. iv, cap. 30. Eadem sancti Sigeberti regia in urbe Metensi statuit in Vita sancti Hadelini a Notgero conscripta, 3 Febr., et infra in propriis ejus Actis, in quibus etiam dicitur in sancti Martini monasterio ad Mosellani ab eo exstructo sepultus.

Obitus diem assignans eadem Acta Kalend. Februario, ad quas nomen ejus ascriptum Auctario Usuardi a Carthus. Colon., et Molano. Illi : « Methis, aiunt, Sigeberti confessoris. » Hic vero : « Metis civitate, Sigeberti regia et confessoris, qui inter alias virtutes viginti monasteria exstruxit. » Idem Molan. pluribus de eodem agit in Natalibus sanctor. Belgii, sub hoc titulo : *De sancto Sigeberto confessore, ege Austrasie;* tum : « Metis civitate, depositio sancti Sigeberti regis, confessoris Christi, etc. » Prolata deinde Vita epitome continenter sanctum appellat. Petrus Galesin. in suo Martyrol. : « Metis, inquit, sancti Sigeberti regis et confessoris, qui tum alias multis admiranda pietatis officiis, tum hoc illustris existit, quod monasteria viginati exædificavit. » Celebrant

Aenmdem Miræns in Fastis Belgicis, Gelenius in Fastis Coloniensib., Canis. in Martyrol. Germanico, Ghinius in Natal. sanctor. canonice, Ferrar. in Catalogo generali sanctor., et variis in Auctario ad Martyrol. Rom. Belgico et Gallico sermone. Saussaius, in Martyrol. Gallici, eum postridie, seu in Novenas Februar., referi hoc elogio : « Metis sancti Sigeberti regis Austrasie et confessoris, qui Dei cultus studiosus amplificator viginti monasteria construxit, inque ecclesiæ et pauperes profusas elemosynas erogavit : ob que merita, præcelsaque alia pietatis opera, pro terreno re:mo celeste abscessus est. Cuius corpus in ecclesia sancti Martini ab ipso fundata conditum, miraculis mox a lunctione refusit, postque annos inde quingentos repertum est, non sine omnium spectantium admiratione, incorruptum. » Hæc Saussaius.

De exstructis ab eo monasteriis infra agemus. Post dictum Metense sancti Martini eminent apud Arduennates Stabulense et Malmundariense, in quorum templis altaria visuntur sancto Sigeberto dicata, quem regio noire coronatum, et paludamento liliis intexto decorum, duas manibus gestante ecclesiæ, representant imagines cum coloribus tuin scalpro delineate : colitur autem ibidem hisce Kal. Febr., sub precipuo ritu et campanarum maximarum pulsu. Festum translationis corporis, sub an. Cbr. 1063 factæ, recolitur pridie Kal. Julii apud Molan., in Natal. sanctor. Belgii, Carthus. Colon., in Auctario Usuardi, et Canis., in Martyr. Germanico : « Methis translatione sancti Sigeberti confessoris, de quo i. Febr. actum. » Cultum antiquum confirmant tum miraculorum ad ejus sepulcrum olim perpetratorum historia, tum, ut in ea refertur, nomen ejus sacris litanis insertum. Baron., ad an. 658, n. 8, ad imitandum proponit « Sigebertum, landatissimum principem, qui amantissimum, et religionis observantissimum ; qui pace bene usus, cum ab externis et civilibus bellis quiesceret, sese totum monasteriis erigendis atisque pietatis operibus mancipavit. »

C

S. SIGEBERTI REGIS

VITA,

AUCTORE SIGEBERTO MONACHO GEMBLACENSI.

(Ex Bolland., tom. I.)

CAPUT PRIMUM.

Sancti Sigeberti majores, Nativitas.

1. Anno dominice Incarnationis quingentesimo octogesimo (a) sexto (b) Lotharius Secundus, Chilperici regis et Fredegundis filius, in Francia admundum (c) puer regnare coepit. Qui postquam ad intelligibilem ætatem venit, honestati morum studere coepit. Unde a Deo exaltatus, eo usque processit, ut monarchiam regni Francorum mereretur accipere solus. Hic anno regni sui tricesimo nono Dagobertum filium suum in consortium regni ascivit ; et ne regiae potestatis licentia, et juvenilis ætatis intempe-

rancia exorbitaret a via rectitudinis, ei viros potentia et sanctitate claros substituit, sanctum, scilicet, (d) Arnulphum, ex maiore domus metensem episcopum, et (e) Pipinum majorem domus, tunc temporis cunctis aulicis præminentem potentia et prudencia. Istis Dagobertus utens tutoribus regnum Francorum propagavit latius, et maxime ad debellandos Saxones laboravit intentius, qui fines regni sui crebris fatigabant excursibus. Quos auxilio patris sui Lotharii ita devicit, ut et regem eorum Berthoaldum perimeret, et omnes Saxones, mensuram gladii sui excedentes, gladio trucidaret (f).

2. Tam bonis Dagobertus rex usus principiis, pos-

(a) Imo quarto, non septimo, ut Baronius cum Chronicis Sigeberti.

(b) Antiquioribus Clotarius Francorum monacha factus anno 613.

(c) Ætatis mense quarto (Greg. Turon., l. vii, c. 7).

(d) Colitur 18 Jul.; prouenientis Clotarii I sicut Da-

gobertus, sed ex filia ejus Blithilde.

(e) Colitur 21 Febr.; pater sancte Beggae nuptæ Ausigiso filio sancti Arnulphi.

(f) Ea pluribus describit monachus sancti Dionysii in Gestis Dagoberti, cap. 14.

mortem (a) patris sui coepit paulatim resilire a proposito æquitatis ; et consiliis Pipini principis , et (b) Cuniberti archiepiscopi Coloniensis , quem idem Pipinus post decessum sancti Arnulphi unanimem sibi amicum , et intimum suis elegerat consiliis . Nam , quamvis (c) Dagobertus rex esset egregius bellator , sacerdotum Dei et Ecclesiarum pius amator , pauperum Christi largus sublevator et multarum bonarum artium executor ; tamen carnis incontinentie morbo nimis laborabat , unde et claritudinis nominis sui sedam infamie notam contraxerat , et (quod gravius erat) Regis regum iram contra se accenderat . (d) Reginas enim suas sicut ex causis alias pro aliis repudiabat , ipsis quoque despensatis pellitum amores superducebat . Et quamvis adeo deditus esset carnali commercio , nullam tamen spem propagande posteritatis habebat , ex nulla tot uxorum filio suscepto .

3. Permaxime ergo rex dolebat , quia se Dei offenditam incurrit sentiebat : præsertim quod ex regio patrum suorum semine nullum sciebat superesse , præter se et fratrem suum Charibertum : qui Charibertus propter simplicitatem nimiam minus idoneus erat ad regni gubernaculum . Sed quamvis de prolis prosperitate , non tamen desperans de Dei miseratione , præcordialiter eum deprecabatur , ut sibi ex ejus notu filius daretur , qui sibi in regimine regni subrogaretur . Justus et pius Dominus , qui hominum erratis ad iram attrahitur , precibus etiam humilium ad misericordiam reducitur . Rex siquidem Dagobertus , dum circuiri Austrasiam (e) novo [nono?] anno regni sui , puellam quamdam (f) Ragentrudem nomine , vultus elegantia laudabilem , genere etiam inter Austrasios non ignobilem , cum regii cultus honore sibi uxorem junxit ; quæ , Deo volente , eodem anno ei genuit filium .

CAPUT II.

Baptismus. Educatio.

4. (g) Rex , hoc testificatus nuntio , volvere cœpil animo cui sanctorum virorum potius hunc puerum traderet , qui eum sacro baptisme regenerare deberet . Erant eo tempore in Francorum regno multi apud Deum et homines sanctitate prædicabiles et virtutibus . Inter quos sanctus Amandus Elnonensis clarebat gloriosius : qui , ex Aquitania oriundus , Christum , relictis omnibus , sequebatur , et labores voluntariæ peregrinationis instantia divinae prædicationis consolabatur , et

(e) Obiit Clotarius ann. 628 , non 631 , ut volunt Sigebertus , Baron. , xlvi.

(f) Colitur 12 Novemb.

(g) Post monachum sancti Dionysii , nuper de virtutibus ejus scripsit Jodocus Coccius noster , sed non optatam ubique assecutus antiquorum mentem .

(h) Repudiata legitima uxore , tres assumpsit ad instar reginas et plurimas concubinas (Apud Fredeg. , c. 58).

(i) Imo octavo , apud Fredeg. , cap. 59 , aliosque . Is erat annus Chr. 635 , non 639 a Baron. positus .

(j) Aliis Ragnetrudem , quam e pellicum grege frusta amandare conatur Coccius , cap. 12 .

(k) Desunt hec de baptismiso in priore Vita apud Duchesne , desumpta sere ex Vita sancti Amandi

A ejus cultu seges uberrima per Franciam in horrea Christi congregabatur . Ad hunc perquisendum per diversa discurrunt nuntii , ad festinantis regis edictum . Is Amandus jamidum , quia solus omnium sacerdotum non timuerat regem redargere pro capitalibus criminibus , jubente eo , cum injurya de regno ejus fuerat expulsus , et in remotoribus Franciae locis verbum Dei prædicabat gentibus . Tandem reperitur , et ut regem adeat quantocius admonetur . Ille memorans præceptum apostoli , quod omnis anima potestatis sublimioribus debeat subjici (Rom. xiii. , 4) , venit ad regem , in villa (l) Clapiaco morantem . Viso rex beatissimo Amendo , magno repletus est gaudio , prostratusque pedibus ejus , deprecabatur ut tanto B sceleri , quod in eum perpetraverat , venienti largiri dignaretur . At ille , ut erat mitissimus , citius eum elevavit a terra , atque clementissime indulxit . Tunc rex ad sanctum ait : Pœnitet me quod stulte adversum te egerim . Precor ergo ut ne memineris injuria quam tibi irrogavi , atque precem meam , quam a te postulo , non dedigneris annuere . Dedit Deus mihi illium , non meis præcedentibus meritis , precorque ut eum sacro digneris abluero baptismato , atque in illum tibi spirituale accipere . Quod vir Domini vehementer renuit , scilicet , sciens scriptum esse , militantem Deo non oportere implicari secularibus negotiis (II Tim. viii. , 4) , et quietum atque remotum , non debere regia frequentare palatia , et e conspectu regis abscessit . Rursum rex misit ad eum viros illustres , tunc in laicali habitu palatio deservientes (i) , Audioenum , scilicet , post Rothomagi episcopum , et Eligium , post Noviomii episcopum . Ili humiliiter virum Dei petierunt , ut precibus regis daret assensum , atque filium ipsius sacro dignaretur diluere fonte , et ut eum enutrire , atque lege imbuvero divina quantocius assentiret , dicentes quod si hoc vir Domini non renueret , per hanc familiaritatem libentius in regno illius , vel ubicunque eligeret , licentiam prædicandi haberet , seu nationes quamplures per hanc gratiam se posse conquerire fatebantur . Tandem ergo fatigatus precibus amborum , facturum se esse promisit .

D Audiens autem rex quod vir sanctus precibus ejus annuerat , puerum adduci præcipit : (j) ipse vero Aurelianis contendit : ubi ei frater suus Charibertus ad hoc ipsum , ut filium ejus de sacro lavacro

per Baudemundum explicanda 6 Februarii . Hujus loco haec verba solum leguntur : Quem sacro fonte regeneratum Sigebertum nominavit .

(l) Clapiacum , villa regalis non procul Parisiis , in qua Dagobertus Gomadruem in conjugem accepserat (Apud Fredegarium , cap. 53).

(i) Baudemundus Dadonem ; colitur 24 Augusti ; at sanctus Eligius 1 Decemb . Cujus ille Vitam scripsit .

(j) Haec de urbe Aurelianensi et rege Chariberto ex Fredegario , c. 62 , inserta . « Charibertus , inquit , Aurelianis veniens Sigebertum de sancto lavacro excepit . » Aimonius , lib. iv. , cap. 20 , addit Dagobertum etiam adiunxisse .

variperet, occurrit. Ibi puer assertur, qui non plus quam (a) quadraginta dies ab ortu suo habere serebatur. Quem accipiens vir sanctus sacris mysteriis initiandum, cum benedictione solemnii eum fecit catechumenum. Cumque finita benedictione nemo ex circumstantibus respondisset, Amen; aperuit Deus os infantis, atque cunctis audientibus clara voce respondit, Amen. Statimque eum regenerans sacro baptismate, Sigebertum eum nominavit, eumque ipse cum Chariberto fratre regis de sacro fonte suscepit. Super hoc rex cuin omni exercitu magno tripludians gaudio, dehinc sanctum virum habitum in magnæ venerationis loco (b), non multo post inthronizavit eum in Trajectensis Ecclesiae solio. O miram Dei gratiam! o prædicabilem ejus potentiam! Quis non in ejus laudem exclamat? quis non super divitiis bonitatis ejus exultet? Qui olim Jeremiam prophetauit in utero matris sanctificari, cuius spiritu afflatus cum matre sua, plusquam propheta Joannes exsultavit, et nondum natu præco nasciturum Regem prævidens gratulando salutavit; ipse etiam modo recens nato puero per os sancti præsumis charisma spiritualis benedictionis infudit, et quod sibi vas electionis esset futurus, per ejusdem ostendit miraculum: quem mox ut originalis peccati ablutus est macula, Spiritus sancti perfudit gratia. Vere benedictus per omnia, per quem nomen Domini adhuc benedicitur in Ecclesia, et benedicetur in saecula.

6. (c) Aut vix, aut nunquam invidiam effugit gloria. Pipinus major domus, qui cante et prudenter se agebat in cunctis regni vel palatii negotiis, bonus in consiliis, fortitudine terribilis, cultu justitiae et fidei proposito per omnia laudabilis, quo magis omnes gloria antebeat, eo majorem omnium pene Austrasiorum contra se invidiam conflaverat, observantibus æmulis, ut amoverent eum a latere regis, ut aut disjungerent eum a regis corde, aut facerent eum plecti morte. Sed ille callens moderari animo suo, noluit vinci a malo, sed vicit malum in hono. Nam ut se et omne regnum absolveret discordiae scandalo,

(a) Aimoinus, *triginta*. Reliqua de baptismismo silet Fredegarius. Ex Baudemundo vero descripserunt monachus sancti Dionysii, Aimoinus et Sigebertus, in Chronico.

(b) Imo diu post, mortuo etiam Dagoberto, tempore sancti Sigeberti factum suisse Traiectensem episcopum probabimus 6 Februarii, Baudemundus, *His ita gestis*, qua phrasu etiam maxime dissita connectit.

(c) Hæc sequentia desumpta ex cap. 61 Fredegarii.

(d) Sequentia leguntur apud Fredegarium, cap. 7, monachum sancti D'onyssi, cap. 32, et Aimoinum, l. iv, c. 23 et 26. Quibus sere Samo dicitur de pago Senonago, de quo agenius 5 Februarii in Vita sancti Domitianii, § 4.

(e) Sclavos cognomento Winidos appellant citati autores, gens origine Sarmatica Wandalos et Winulos Germanæ antiquos populos sibi subjugavit, unde hoc tempore Germanos trans Alpim, Sclavico genere oriundos die Wenden appellari tradit Cluverius ex illa regione oriundus, l. iii Germanæ antiquæ, cap. 44. Fidem Sclavi et Winidi suo de nomine

A arrepto ad nutriendum Sigeberto regis filio, invidorum factioni cessit, et ad Charibertum regis fratrem in Aquitanis morantem contendit. Non multo post transeunte nubecula hujus tempestatis, letior reddit per concordiam aura serenitatis.

CAPUT III.

Regnum Austrasiorum. Obitus Dagoberti.

7. (d) Sammon quidam Francus genere, negotiator arte, cum ad gentem (e) Winidorum se contulisset, et per fortitudinem et industriam suam ab eis in (f) regem promotus fuisset, inter se et Dagobertum regem ora simultate, sepe regni sui transgresso (g) limite, Thuringiam et reliquos sibi vicinos Francorum pagos vastabat acerrime. Hac de causa rex Dagobertus anno regni sui (h) undecimo Metis adiit, ibique procerum et pontificum conventum adesse iussit, eorumque consilio et consensu filium suum Sigebertum (i) in regnum Austrasiorum sublimavit, sedemque regis Metis urbem habere permisit; partem etiam thesaurorum sufficientem tradidit, et hoc totum edicto regali et procerum attestatione auctorizavit. (j) Tutelam vero regis, cuius pueritiae timebat, commisit Cuniberto archiepiscopo Coloniensi, et Adelgiso duci; curam vero regni Austrasiorum et providentiam omnium imposuit Pipino principi. Ex illo die repressa est insolentia Winidorum, obviate eis fortiter et feliciter fortitudine Austrasiorum, et frequentibus præliis reprimente excursus illorum.

8. Post (k) annum nascitur regi Dagoberto filius, qui Clodoveus est nominatus. Qui iterum cunctis primatibus Austrasiorum et Neustrorū in generali conuentu congregatis, iterum divisionem regni inter duos filios ordinavit coram eis eorum assensu et consilio, et confirmavit datis et acceptis invicem pactis et sacramentis, nt, scilicet, determinato utriusque regni certo limite, Sigebertus regnaret super Austrasiam, Clodoveus vero regeret Neustriam. Eam partem Franciæ, quæ spectat ad (l) Meridiem et Orientem, vocabant Austrasiam: eam quæ vergit ad Aquilonem et Occidente, vocabant Neustriam. Rex Dagobertus tam justus et prudenter regno utroque ordinato, ne

modernam Sclavoniam et Windiamarchiam, vicinas Hungariae ditiones, secere; et proximam isthic provinciam Carinthiam obtinuisse Samonem diximus alibi.

(f) Ob victoriam et libertatem de Hunis procurata rex factus, regnavit annos xxxv et ex duodecim uxoribus præcreavit xxii filios et xv filias (Apud Fredegar., cap. 48).

(g) Sala fluvio dirempti Winidi, Sorabi dicti ab Eginhardo in Vita Caroli Magni, 28 Januar., sect. 19, qui se Windis Sclavis conjunxerint.

(h) Christi 638. Hinc prior Vita eadem refert.

(i) Fredegarius Adalgisum ducem palatii vocal.

(j) Desiderantur in priore Vita.

(k) Anno Dagoberti 12, Chr. 639.

(l) Imo versus Septentrionem et Orientem, nec vox Austria seu Austrasia ab Austro vento Meridiani derivata est, sed a voce Germanica Osten, id est, Oriente, et contra Neustria est versus Meridiem et Occidentem.

ali quando aliquo modo vel fratres inter se paterno A gnere. Soror ejus Beggha nupta Ansigiso sancti Arnulphi Metensis episcopi filio, regie dignitatis decus, quod penitus deperierat per regum Francorum inauditam desidiam, per suam reparavit prosapiam. Ipsa siquidem genuit Pipinum, Pipinus Carolum, qui (h) Tudeles, id est, Martellus est agnominatus: Carolus Pipinum regem, Pipinus Carolum, cognomento Magnum, Francorum regem et imperatorem Romanorum; qui eo honoris et potentiae processit, ut nullus de regibus Francorum, vel ante eum, vel post eum, ei comparari potuerit. Quia aliquantulum excurrimus, cito unde digressi sumus redeamus.

9. Post cujus obitum duo reges et fratres, Siegeber tas et Clodoveus, se quique in regno suo agebat prudenter, et inter suos valebant potenter, (b) subjectis se exhibendo placabiles, adversantibus terribiles. Et cum in omnibus inter se Deo placita vigeret concordia, pro uno tamen negotio pene voluit intropere discordia. Siegerbo enim rege repente sibi debitam partem paterni thesauri, n' tebantur ei contraire proceres, qui erant ex parte Clodovei. Sed Pipino principe, et Cuniberto archiepiscopo fortiter et rationabiliter instantibus, pro sui potentia ab invitis Neustriæ primatibus extorserunt, mediante justitia, ut ex condito ad villam Compendium veniretur, ibique thesaurus regis æqua lance divideretur, suaque cuique (c) pars competenter daretur. - Ventum est illo: thesaurus dividitur ex æquo, pars debita repræsenterat Metis regi Siegerbo.

CAPUT IV.

Sancti Pipini obitus. Major domus Grimoaldus. Bellum Thuringicum.

10. (d) Sequens annus luctum maximum intulit regi Siegerbo ejusque regno, Pipino majore domus ex hac luce subtracto, qui ipsum Siegerbertum paternè nutrierat a puer, et imbecillitatem pueritæ et adolescentiæ ejus validi sui auxilii sustentaverat brachio. Hic omnimodis regno utilis, genere, potentia, prudentia et fortitudine super omnes dominabili, Grimoaldum filium suum rerum suarum hæredem fecit: duas quoque filias, (e) Gertrudem et Begghain, ad laudem et gloriam generis sui post se reliquit. Quarum una, Gertrudis, Christo, quam sponso cariali, malens nubere, sanctæ religionis proposito inserviens in (f) Nivellensi cœnobio, a sua fundato (g) matre, spiritualem prolem adhuc non desinit Deog-

(a) Potius anno 16, a morte scilicet Clotarii, ut ex Fredegario, monacho sancti Dionysii et Aimoino supra docuimus. Obiit autem anno Christi 644, die 19 Januarii. Si hoc initium anni seorsim computetur, posset annus 17 aliquo sensu obtrudi.

(b) Reliqua hujus capituli desunt in priore Vita.

(c) Compendium castrum in Vita sancti Marculphi, at palatium in Actis sancti Medardi, villa vero Gregor. Turon., l. iv, c. 2, et l. ix, c. 35; Fredegario, cap. 85; Aimoino, l. iv, c. 36. Exstat etiamnum oppidum munitum apud Suessiones in fluminibus Neustriæ ad confluentes Axonæ et Aisæ sive Isaræ fluminum.

(d) Fredegarius, cap. 85, descripta bonorum Dagoberti divisione, addit: « Post anni curriculum impianus moritur. » De eo agitur 21 Febr.

(e) Colitur Gertrudis 17 Martii. Beggha vero 17 Decemb.

(f) Prior Vita Nivalensi, est oppidum Brabantiae: in dioceasi nunc Namurcensi.

(g) Sancta Iduberga, sive Ita; colitur 8 Maii.

(h) Adrevaldus, lib. 1 de Miraculis sancti Benedicti, cap. 14, Carolum ait Tuditem dictum, quod adversarius nullatenus cedere sciret nullique parcere. Tu-

gnere. Soror ejus Beggha nupta Ansigiso sancti Arnulphi Metensis episcopi filio, regie dignitatis decus, quod penitus deperierat per regum Francorum inauditam desidiam, per suam reparavit prosapiam. Ipsa siquidem genuit Pipinum, Pipinus Carolum, qui (h) Tudeles, id est, Martellus est agnominatus: Carolus Pipinum regem, Pipinus Carolum, cognomento Magnum, Francorum regem et imperatorem Romanorum; qui eo honoris et potentiae processit, ut nullus de regibus Francorum, vel ante eum, vel post eum, ei comparari potuerit. Quia aliquantulum excurrimus, cito unde digressi sumus redeamus.

11. Grimoaldus pro patre suo Pipino constitutus major domus, potenter in aula Siegererti regis principabatur, et domi militiæque viriliter tutabatur. (i) Omnia in tuto esse putabantur, et compressis vicinorum gentium motibus, nihil metuebatur. Invenit tamen noverca bonorum invidia quomodo in ipsis regni visceribus sereret discordia zizania. Otho (j) Uronis domestici filius, qui Siegererti regis ab adolescentia fuerat bajulus, zelo invidiæ ducebatur contra Grimoaldum majorem domus, et traductis ad se procerum aliquibus, arrepebat in spem invadendi principatus ejus.

12. (k) Radulphus quoque, dux Thuringiæ, vir bellicosus, prosperis intumescentibus eventibus, cum Wintidos crebris vicisset congressibus, contra Siegerertum dominum suum et regem agebat insolentius, ejusque despiciens adolescentiam, magnam intulit regno modestiam: et eo vecordiæ processit, ut exercitu Siegererti insidiis excepto, non (l) minimam de Franci stragem farere præsumpsit. Quod infortunium nimium Siegererto regi intulit (m) luctum, tunc agenti annum regni (n) nonum, ætatis vero duodecimum. Sed quia cum ætate ei robur et industria accrevit, non antea ab inimicorum insecutione destituit, quam superbiam eorum domuit, et (o) Thuringos, qui instinctu Radulphi rebelles erant, sub jugo dominii sui victos et confusos reflexit; (p) Otho etiam, qui potentiam Grimoaldi obliquo oculo limans, eam ad se trahere nitebatur, factio Grimoaldi a (q) Leuthero,

dites enim mallei dicuntur fabrorum quorum ictibus cuncta atteritur durities. Festus a tundendo nomen derivat. Ita Martellus, sive Marcellus, parvus malleus est.

D (i) Hinc reliqua desunt in altera Vita.

(j) Fredegario, cap. 86, Beronis; aliis, ut isthic notat Duchesne, Vironis, Eronis, Aronis.

(k) Bellum hoc fuse describit Fredegarius, cap. 87.

(l) Fredeg.: « Fertur ibidein plurima millia hominibus gladio trucidata. »

(m) Idem: « Siegeretus cum suis fidelibus gravi amaritudinis dolore arreptus, super equum sedens lacrymas oculis prorumpens, plangebat quos perdidit.

(n) Fredeg., regni 8.

(o) Fredeg.: « In verbis Radulphus Siegererto regimen non denegabat; in factis fortiter ejusdem resistebat dominationibus. » Sed hæc de proximis adolescentiæ annis intelligenda.

(p) Fredeg., cap. 88: « Otho adversus Grimoaldum inimicitia per superbiam tumebat. » Notatur autem annus regni Siegererti 10.

(q) Idem Leuthero, apud quem nihil ultra de sancto Siegererto legitur.

Alamannorum duce, in gratiam ipsius trucidatur, atque ita Grimoaldus in principem corroboratur.

CAPUT V.

Monasteria dotata. Eleemosynæ. Mors. Sepultura.

13. Pax alta et quies erat in cunctis (a) Austrasiorum terminis, sedatis undique exteris et domesticis adversariis, virtute Dei promovente virtutem Sigeberti regis, quem sibi placitum monstravit a primo rudimento astatis. Qui enim Salomoni in tenera aetate dedit sapientiam, divitias et potentiam, dedit etiam huic sapientiam, divitias et potentiam. Ego quidem, si verbis Domini uti audeam, fidenter dicam, quia plus quam Solomon hic (Luc. xi, 31). Salomon enim sapientiam, quam in nocte et per somnum accepit, transgrediendo Dei cultum perdidit; divitias et potentiam, quas plus cunctis habuit, in perniciem animæ suæ vertit, et ut in posteris suis minueretur, peccando meruit. Hic vero pacificus noster Salomon, quidquid sapnit, quidquid habuit, quidquid potuit, ad animæ suæ commodum convertit. et ut in posteris suis spiritualiter multiplicaretur; bene agendo meruit. Solet enim fieri in pacatis regnis, ut per olim et desidian moribus corruptis, abutantur securitate pacis. Hic contra gaudens diutinata temporalis pacis, laborabat obviam ire populis catervis; et collectaturus contra spiritualia nequitia in coelestibus, conducere sibi spirituales, qui secum bellarent, exercitus.

14. (b) Duodecim enim monasteria in diversis regni sui partibus ædificavit, eisque ex suis redditibus regia liberalitate necessaria suppeditavit, ut illic sub apostolice vitae viventes regula, dum sua menterent carnalia, sua sibi seminarent spiritualia. Inter quæ eminent in nostra vicinia (c) Stabularia et Malmundarium cœnobia, infra silvam Ardennam sita: quæ idem rex, cooperante sibi majore domus Grimoaldo, constructa, sancto Reinaclo Tungensi episcopo tradidit ordinanda. (d) Illius enim et Cuniberti Coloniensis episcopi præcipue innitebatur consilio, et ad talia facienda sanctorum virorum animabatur exemplo. Et ut ab uno plura discamus, quanta pii regis liberalitas fuerit in sanctorum locis ditandis, ex his duobus colligamus. Audiens in locis sancto Reinaclo delegatis, servare cultum sanctæ religionis, præser-tim quod idem presul, abjecta episcopali sarcina, se ibi mancipaverat arctiori vita, tradidit ei ex ipsa foresta duodecim leucas in latitudine, et totidem in longitudine; in quo spatio nullus ei vel sibi succedentibus contradiceret: affirmaveruntque illud testamento cum astipulatione imperiali.

15. Rex Sigebertus, revera regis nomine dignus,

(a) Sanctus Sigebertus, infra, in epistola ad sanctum Desiderium episcopum Cadurensem testatur gentes patrias pacifice obedire et gentes barbaras pacatissime cohabitare.

(b) Legunt alii virginis, silent numerum antiqui.

(c) De his mox pluribus agemus.

(d) Haec iterum desunt in priore Vita.

(e) Silent antiquiores scriptores. Imo plures ei li-

A quia seipsum bene regere norat, magnopere terrena bona minimis Christi distribuere curabat, ut ad summum bonum tandem pertingere posset, quod nos constare nisi in æterna beatitudine claret. Expertus enim erat quia terrena felicitas in aliquo semper curatur, ne ad perfectionem boni perveniat. Cum enim tibi opes, honores, potentia, gloria affatim pro regia affluerent magnificentia, multum tamen felicitati suæ deesse dolebat, pro eo quod (e) liberorum dulci affectu carebat. Et ideo in ædificandis ad ædificationem animarum cœnobio instabat liberius, et sua Christo distribuebat liberalius, quia præter Christum, cui haec cederent, non erat ei hæres legitimus. Quia vero Grimoaldum majorem donum sibi in omnibus fidelem, morigerum et cooperatorem eatenus expertus erat, filium ejus Childebertum regni Austrasiorum (f) hæredem delegat; hoc tamen proposito conditionis tenore, si ipsum contingeret sine liberis obire. Rex quidem, ut pote futurorum nescius, quod tune sibi videbatur, ex temporis convenientia fecit; postea vero filium genuit, quem nomine patris sui Dagobertum vocavit: et priori testamento ad irrum redacto, hunc nutriendum commisit majori domino Grimoaldo, ut ejus potentia contra omnes tutus sublimaretur in Austrasiorum regno.

16. (g) Talis erat Sigeberti regis vita, quam apud homines et temporalis magnificabat potentia, et grata Deo in omnibus commendabat justitia; apud Deum vero eam acceptabilem faciebat columbina simplicitas, cum tamen ei adesset etiam serpentina calliditas. Quia vero dicit Sapientia ex ore Salomonis: *Aufer rubiginem de argento, et egredietur vas purissimum, (h) aufer iniquitatem de vultu regis, et firmabitur justitia thronus ejus (Prov. xxv, 4, 5), rex ille, in cuius manu sunt corda regum, de famulo suo Sigeberto, qui per vitæ puritatem et sapientiam venustatem splendebat ut argentum, abstulit in præsenti sæculo rubiginem peccatorum, et fecit sibi vas misericordiae purissimum. Et cum Deus dicat nobis: Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt roba (Luc. xi, 41), quis discredat peccata hujus regis ex terrena contagione et regni occupatione ei adhaerentia vice pulveris Deum eluisse tot eleemosynis, quæ ad laudem et gloriam nominis Christi expensæ sunt per eum, et adhuc quotidie expenduntur in tot ab eo structis cœnobio? Abstulit nimirum iniquitatem de vultu regis, ut firmaretur justitia thronus ejus, ut quia justus ex fide vivens, vili penderat terreni regni fastus, coronatus corona justitiae, et ornatus palma victoriae, conregnaret Christo in coelestibus (i).*

17. Rex ergo terribilis apud omnes reges terre qui auferat spiritum principum, ne malitia mundi mutaret

lios fuisse tradit auctor Vitæ sancti Boniti coetaneus, ut supra dictum est.

(f) Adoptivum appellari in quodam ms. Tiliano supra diximus, sed potius ab assecris Grimoaldi post obitum Sigeberti assumptum.

(g) Iterum desunt in priore Vita.

(h) Vulgata Editio, aufer impiebat.

(i) Reliqua, sed mutato ordine, sunt in priore Vita

militis sui intellectum, in flore juvenilis aetatis eum A secundo; a transitu sancti Martini ducentesimo sexagesimo tertio. Et qui in multis locis insignia sui monumenta reliquerat, sepeliri eligit in (b) urbe Metis, quae regni sui sedes fuerat, in basilica, quam ad gloriam et laudem Dei in honore sancti Martini glorirosi confessoris regia liberalitate construxerat.

(a) Imo aetatis 98, regni 25, ut pote natus sub finem an. 635, mortuus 1 Febr. 663, qui Geniblacensi, annum a Paschate inchoanti, fuit 662, a transitu sancti Martini 266.

(b) Potius in confinio Metensi, ut infra in Translatione, non autem prope Parisios, ut Sanmarthani scribunt.

DE SIGEBERTO REGE

ANALECTA EX VARIIS AUCTORIBUS.

(Ex Bolland., tom. I.)

§ 1. Sancti Sigeberti uxor Imnechildis, filius Dagobertus rex Austrasiorum; nepitis sancta Irmina, abnepos sanctus Gregorius Ultrajectinus, aliique a sancto Sigeberto, prognati.

1. Uxor sancti Sigeberti fuit Imnechildis, nonnullis Ennechildis, Eumechildis et Chinéchildis appellata; e qua Dagobertus et forsan plures liberi prognati sunt. Mortuo sancto Sigeberto, Dagobertus, octo aut decem annos natus, cui jure hereditario regnum debebatur, factio magnatum, et potissimum Grimoaldi majoris domus, pulsus est, atque in clericum, Didonis Pictavensis episcopi consilio, attonsus, in Scotiam, sive Hiberniam insulam directus, proque en in regnum Austrasiorum intrusus Childebertus filius Grimoaldi; quem a sancto Sigeberto in regni heredem fuisse adoptatum, et Dagobertum defunctionem, esse falsus rumor sparserat, ut alibi ex antiquis auctoribus probamus. Imnechildis uxor sancti Sigeberti, abducto in Hiberniam filio videtur Parisios fugisse, opem imploratura contra regni invasorem. Hoc namque pulso, ipsa cum Childeberto adolescentem Austrasios rexit, cuius regni an. 2 tam Childebertus rex, quam Imnechildis regina Bariscium monasterium in agro Laudunensi sancto Amando condonarunt. Ejusdem etiam regine Imnechildis consilio traditur Childebertus in Alsacia superiori monasterium in valle sancti Gregorii fundasse.

2. Vivebat eo tempore in Anglia sanctus Wilfridus, an. 664 episcopus consecratus, et circa an. 669 tot Northumbrie praepositus. Hic Dagobertum, ex Hibernia ad se venientem, hospitio exceptit, et equis sociisque adjutum in patriam remisit: cui Imnechildis mater in locis magis remotis partem regni procuravit, et inter utrumque regem pacem concordiaque sovit. Dagobertus rex constitutus sanctum Wilfridum ad se venientem benigne exceptit, multisque precibus favigavit ut provinciam remanentiam sua disponaret, episcopatum Strateburgensem accipiens. Quae alibi ex Actis sancti Wilfridi deducimus. Dagoberto huic uxori fuisse Mechtilde Saxonum ducessam colligimus ex Bruschio, in Episcopis Argentoratibus, in sancto Arbogasto. In Dagobertum regno pulsum cum conjuge sua apud Thuringos habuisse tradit e Chron. Miss. Matthaeus Merianus, in topographia archiepisc. Moguntini, agens de Heiligenstadio Eichsfeldia urbe primaria, quem locum sua primordia Dagoberto debere aiunt. Quae etiam in additionibus ad Lambertum Schafhaburgensem a Historio editum, pag. 264, de monasterio Erphurii structio leguntur, ad eundem Dagobertum referenda videatur, et tempus Kygiberti seu Richiberti, episcopi Moguntini, probat, sed pro ann. 707 subsequens est an. 677, aut huic vicinus. Ipse autem

Dagobertus appellatus est rex Germanorum, Francorum, Germanicorum, et Francorum Transrhennorum, ac prater ditiones trans Rhenum sitas, obtinuit etiam Alsatiam cum urbe Argentoratensi. In hac Alsatia palatium suum Kircheinum aliaque loca monasterio Haselacensi attribuit, cum sanctus Florentius, dein episcopus Argentoratensis, filia eius visum ac loquaciam reddidisset. Varia item a Dagoberto ecclesiae Argentoratensis et monasteriis Schutterano et Saraburgo, donata sunt, cum illius ejus a sancto Arbogasto, episcopo Argentoratensi, fuisse ad vitam revocatus. Videtur hic Dagoberti filius in arce regia Semburgo, sive Iseburgo, in lucem editus, ac sacro baptismatis fonte renatus, de avi sui nomine Sigebertus appellatus. Hinc temporibus non distinctus, ipse sanctus Sigebertus suscitus a morte perperam traditur a Brusch. et Guilliman., de Episc. Argentin., in sancio Arbogasto, atque a Coc., in Dagoberto prævio, c. 15. At resuscitatione omissa, ab ipso in venatione ad insulam Rheni Novietaensis occsus diccius a Joan. Isacio Pontano, l. 1 Hist. Gelrica: extinctus veneno per Grimwaldum a Miraeo, in Fast. Belgic., 21 Febr., in elegio Beati Pippini ducis. Veniti suspicione mouent etiam Sanmarth., tom. I Hist. Geneal. reg. Francor., l. v, c. 8. Quae omnia temporum ac personarum facta distinctione corrunt. Reliqua ex Actis sanctorum Arbogasti et Florentii epis coporum Argentoratensis alibi firmamus.

3. Imnechildis uxor sancti Sigeberti, ac hujus Dagoberti mater communorabatur apud Childebertum regem, etiam postquam hic Bilechilde uxorem duxerat. Douationes monachis Stabulens. et Malouadiens. a sancto Sigeberto factas hi tres confirmant. Ipsum diploma infra dandum sic incipit: « Childebertus rex Francorum, Ennechildis et Bilechilde gratia Dei regina, viris illi tribus Gundoino duci et Odoni domestico. » Et hæc ejus clausula: « Ut haec præceptio nostra in membranis conscripta, firma et inviolabilis perseveret, manu nostra subter eam decrevamus affirmare. Signum glorirosi domini Childeberti regis. S. gnum Ennechildis reginae. Signum Bilechilde gratia Dei reginae. Signum Gundoini ducis. Data quando feci mensis Septemb. dies 6, anno 8 regni domini Childeberti regis. Trajecto feliciter. » Annus is est 672. Dein an. 686, mortuo Clotario III, Neustrie et Burgundie reg., Childebertus successit, et una regnum Austrasiorum retinuit; in quo Imnechildis reginam aliquam adhuc cum potestate vixisse inuitur in Vita sancti Praejecti episcopi Arvernorum, 25 Jan., ex Ms. Ultraject. edita, ubi, n. 11, ita legitur: « Cum vir Dei Praejectus (in jus ab Hectore comite vocatus) se undique arctatum cognovisset, necessitate compulitus, ita respondit, se causas Ecclesie Imnechildis regine ditioni commendatas habere. Cuan-